M. S.

Apoſtolici, ideòque Catholici, Præſulis

GULIELMI LAUD

Archi-Epiſcopi Cantuarienſis:

Quem

Satis Laudabit, qui veritatem dicet:

dum enim vixit, erat

Pacis, & unitatis Eccleſiæ Studioſiſſimus,

Controverſiarum Eviſcerator Acerrimus;

Fidei,

Romano-pſeudo-Catholicæ Oppugnator,

Sed verè Catholicæ Propugnator.

Eruditione, Zelo, ac Pietate maximè, } Inſignis.

Niſi quod Martyrio magis, }

Anno 1644.

Per plebem immolata,

Utinam pro plebe accepta fuiſſet

Hæc Victima;

Mirando facinore,

Sacerdotem litant,

Ipſum Sacerdotium brevì Sacrificaturi:

Quaſi nimiùm tardârat

Appropinquans vereor, ne dicam feſtinans,

Anhelantis Eccleſiæ Anglicanæ Cataſtrophe.

Quid expiabit tales Sacrificulos?

Ubi Victima,

Sacrificantium nefas, non minuit, ſed auget.

Perhorrendum Scelus!

Aaronis ſanguinem jam ſitiunt,

Sacrato nimis omine,

Mox ipſum *Moſis* Petituri.

Stupeſce Viator!

Fuge Rebelles,

Et

Deum Cole.

Autore, R. Powel *Interioris*

Templi armigero,

LONDINI, Excudebat *Gu. Garret.* 1672.